



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCV. Gegenrevers des Königs Ludwig wegen der vorstehenden Belehnung
vom 10 August 1323.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

DCV. Gegenweers des Königs Ludwig wegen der vorstehenden Belehnung vom 10 August 1323.

Ludovicus, Dei gratia Romanorum rex semper augustus, vniuersis sacri Imperii Romani fidelibus, presentes literas inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Quia venerabilis Albertus, Halberstadenſis ecclesie episcopus, princeps noster dilectus, illustrem Ludouicum, Marchionem Brandenburgensem, primogenitum nostrum carissimum, de infra scriptis possessionibus, iurisdictionibus et honoribus, que quondam Marchiones Brandenburgenses, predecessores sui, ab ecclesia Halberstadenſi et predecessoribus prefati Alberti in feodo habuerunt et possederunt, videlicet castrum Tangermunde cum opido, castrum Gardelege cum opido, opidum Stendal, opidum Osterborch, castrum Chrumbeche, Sehufen, Werben opida, castrum Arneborch et decimas, monetas, thelonia, cum iurisdictionibus districtuum predictorum, ad requisitiones et instantias nostras recte et legaliter infeodauerit; nomine proprio et ipsius preacti filii nostri, cuius tutelam gerimus, presentibus profitemur, prefatum filium nostrum ac heredes suos recognoscere debere, preacta feoda ab ipsa ecclesia Halberstadenſi in feodo habere et tenere, et quod ab ecclesia feudali titulo recipere teneantur. Preterea si forsitan aliqua de preactis sepe dicto filio nostro vel heredibus suis euicta fuerint, ad euictionem seu recompensam eorundem ipsam ecclesiam Halberstadenſem seu episcopum, qui pro tempore fuerit, nec teneri volumus aut quomodolibet obligari. In cuius rei testimonium presentes literas conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiti. Datum in Arenstedte, III. idus Augusti, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo tercio, regni vero nostri anno nono.

Nach dem Original des K. Geh. Kabinet's Archives. Fehlerhaft in Gercken's Cod. V, Seite 90.

DCVI. König Ludwig bekennt, daß er die Prinzessin Sophie, die Tochter seiner Schwester Agnes, der ehemaligen Wittve des Markgrafen Heinrich von Brandenburg, mit allen Reichslehnen, welche ihr Vater, Markgraf Heinrich, besessen, beliehen habe, am 21. August 1323.

Nos Ludovicus, dei gracia Romanorum Rex semper Augustus, ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, nos Inclite Sophie, carissime sororis nostre Agnetis, Relicte quondam Henrici Marchionis Brandenburgensis, filie, matertere nostre, omnia feoda, que predictus Henricus, pater eius, ab Imperio tenuit, contulisse, ipsamque de hiis ex benignitate Regia infeodasse sic, quod, quoad uixerit, ea possidere debeat et tenere, Presentibus nobilibus viris Bertoldo comite de Hennenberg, Friderico Burgrauio de Nuremberg, Cunrado de Sluzzelborg, Kraftone de Hohenloeh et aliis pluribus fidedignis. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis sigillo